



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118294**

§. 178. Copiæ a Sigismundo in Bohemiam missæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

**Sæcul. XV.** Andegavensem Alphonso reconciliare  
**A.C. 1430.** studerent; Hi vero nil nisi inducias impetrabant, quæ tamen primum anno sequenti suum fortitæ sunt effectum.

## §. CLXXVII.

*Victoria Zischæ.*

**Balb. Epit.  
rer. Boh.**

Zischa, Hussitarum Dux, insignem prorsus in Bohemia reportavit victoriā, atque Catholicorum equestribus copiis penitus deletis, pedestres, qui nimio terrore percussi, ne quidem primos hostium impetus sustinebant, in fugam egit. Zischa, ut ad victoriæ summam perveniret, feria tertia pridie ad diem cinerum Anno Domini millesimo quadrageentesimo vigesimo, noctis beneficio Auscam invaserat; ambo enim hujus urbis Toparchæ Copejus, atque Ulricus, incolas suos, utpote Hussitas, ex illa propulsabant. Copejus vero cum ingenti praefidiarii militis numero trucidatus est, Ulricus autem ad castrum Litium auffugit, quem tamen ibidem Zischa manu sua interemit, omnesque, quotquot armati occurrerent, promiscue jugulari præcepit.

## §. CLXXVIII.

*Copiae a Sigismundo in Bohemiam missæ.*

**Simulac Imperator de prosperis Hussitum**

rum successibus edocetur, mille hastatos, Sæcul. XV.  
Equestris exercitus robur, in Bohemiam A.C. 1420.  
mittit, ut victoria Hussitarum arma pro-  
hiberent, ne ultra Auscam procurrerent.  
Verum omnes hi equites nocte, quæ Pa-  
rasceves diem præcedit, qua imperfecti,  
qua ab Huslitis capti fuerunt. Ipse quo-  
que eorum Dux ægre admodum fuga sa-  
luti suæ consuluit. Demum vero Vo-  
glisæ oppidum a victoribus expoliatum,  
flammis consumptum est.

§. CLXXIX.

*Urbs nova a Zischa condita, ac Tha-  
bor appellata.*

Postquam Hussitarum exercitus sat vi- *Æn. Sylv.*  
rium habebat, ut Ducis sui ad altio- *hist. Bohem.*  
ra aspirantis imperia exequi valeret, hic c. 43.  
urbem condere statuit, in quam sui Se-  
ctatores, velut ad opportunum adversæ  
fortunæ præsidium sese recipere possent;  
præfenserat enim, sibi brevi cum toto  
Cæsaris exercitus robore configendum.  
Ergo montem quemdam Peninsulæ haud  
absimilem feligit, quem hinc amnis alluit,  
illinc torrens non ignobilis rigat. Adi-  
tum urbis profunda fossa, ac triplex  
mурorum ambitus non minoris latitudi-  
nis quam firmitatis claudit. Novæ huic  
Urbi nomen Thabor indidit, eique sectæ  
suæ studiosissimos incolas dedit; novæ  
F f 2 autem